



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. Quo ordine Episcopi, & alii teneantur superflua honorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? Et an Ecclesiastici ex fructibus beneficii possint filios spurios alere, & dotem filiæ spuriæ dare? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

prophanè insuntur : & vtrumque est sacrilegium, Erit autem peccatum mortale, si quantitas profutio-
nis magna sit. Et tandem censetur magna; non est
attendenda mensura furti, nam quantitas, quæ in fut-
to constitueret in prophanæ effusione, sed longè ma-
ior. Quenadmodum vero hæc profusio speciale
peccatum est, ita etiam auata, & inordinata re-
tentio.

3. Ad auctoritatem Lorçæ, afferentis Concilium
Tridentinum loquì de bonis immobilibus Ecclesiæ,
non autem de fructibus; ideoque non obstante hoc
Deceto, posse adhuc Beneficiarios Maioritatus, & feu-
dos aliquos suis cōsanguineis emere, & donare respo-
sto, bona immobilia vulgo non dicuntur redditus, sed
fundamenta ipsorum reddituum; tom quia redditus ni-
hil aliud est, quam fructus annuus, seu qui singulis anni
percepitur; tum quia Episcopi non solent ex bonis
Ecclesiæ immobilibus suos cōsanguineos locupletare;
sed solum ex fructibus: Concilium ergo voluit, contra
hanc consuetudinem decernere, tum quia nomē rei ma-
gis bonis immobilibus quadrat, quā redditus; est enim
quid transcendentalē, & vniuersale, quod de bonis
immobilibus, non minus quam de fructibus, in recto
est predicatur; at hoc loco Concilij nomine rei Ec-
clesiasticæ non conuenit, nec enunciatur de bonis im-
mobilibus, dicit enim Concilium, res illa debet, vel
posse consanguineis, si fini pauperes distribui: vbi
ceterum est, Concilium non intelligere, quod bona
immobilia, quasi intuitu paupertatis, distribui possint
pauperibus: tantum ergo nomine rei, fructus annuus
intelligit: igitur etiam nomine redditus bona immo-
bilis, sed fructus annuus intelligit ipsum Concilium.
Obicit tamen Lorca, primum Concilii remittere ad
antiqua iura, & Canones Apostolorum, in quibus
de bonis immobilibus sermo est, vt patet ex Cano-
ne 37. *sa. patius 39.* vbi dicitur *Sed non corum (scilicet consanguineorum praetextu) vendas qua sunt Ecclesiæ.* Secundo, ex illis verbis *Eas autem non disponant;* illud idem patet: nam distractere, idem est, ac aliena-
re, & a possessione Ecclesiæ auellere ergo de bonis im-
mobilibus, non autem de fructibus, seu redditibus an-
nus loquitur Concilium.

6. Ad primum respondeo, Lorcam hunc Aposto-
lum Canonem (pace eius dixerim) deprauasse; ibi
enim nullum verbum est at venditionis rerum Ec-
clesiasticorum; sed expresse prohibetur, ne ipse res pa-
uperibus propriis condonentur; sic enim scribitur: om-
nium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus
habeat; & ea, velut Deo contemplante, dispense
re ei licet: ex his ali quid omnino contingere, aut
pauperibus propriis, quæ Dei sunt, condonare. In al-
tera vero versione sub citatione *Canonis 37.* ita scribi-
tur. *Ne licet autem ex his aliquid sibi vendicare, vel
propriis cognatis, quæ Dei sunt, largiri.* Quòd fit,
vi de fructibus, seu redditibus annuis intelligatur Ca-
non, & similiiter Concilium Tridentinum.

7. Ad secundum respondeo, Concilium per hoc
verbum *distrubare* tantum velle, ne res Ecclesiæ à
pauperum subventione, consanguineorum ergo, di-
stribuantur; falsum enim est verbum hoc idem esse,
ac à domino, seu possessione Ecclesiæ auellere; cum
minus significet, quam alienare; nam quædam di-
contur proprie distrahi, quando vel à præfentia, vel
ex manibus illius, qui eas posset accipere, subtrahun-
tate & quamvis significaret alienationem; tamen, quia
per liberalē donationem fructus alienantur, vt fa-
tis constat; potuit optimè Concilium hoc verbo ad
donationem horum fructuum, quæ fieret consanguineis,
prohibendum, vti: *Et haec omnia docet Duval-
lius, Doctor Sorbonicus 2. 1. D. Thome, tr. ad. de Cha-
ract. 93. de Eleemosyna, s. 598.* cui ego libenter ad-
hæcio.

8. Verum secundum opinionem Bauny, & aliorum
vbi supra, ad dubium possum in titulo huius refuta-
tionis posse aliquis affirmatiue respondere, ncmpe & inf. in Rel.
Sup hoc in
Rel. p. 2. et
ta prope fin.
posse summum Pontificem dispensare cum Ecclesiasti-
ciscis, ne bona superflua in eleemosynas, & vlos pios
teneantur expendere: & etiam posse à consideratione
introduci. Vnde Clerici in Hispania, & Gallia, vt
tenet firmiter Baunyus, stante dicta consuetudi-
ne, non solum valide sed etiam licite disponunt in Te-
stamentis de rebus superfluis ad vlos non pios.
Et tandem,
7. §. Sed,
&c.
Sup. hoc sup
in hac ipfa
met Rel. §.
Et tandem,
& in aliis
eius not.
cum sit contra communem, & omnino respondam
esse, puto; magnas enim consequentias, secum
traheret.

R E S O L . X X I

*Quo ordine Episcopi, & alij teneantur superflua bono-
rum Ecclesiasticorum erogare in opera pia?
Et an Ecclesiastici ex fructibus beneficij possint filios spa-
rios alere, & dote in filia spuria dare? Ex p. 10. ff. 11.
& Misc. 1. Rel. 36.*

§. 1. **A** Liqui afferunt, pauperes loci esse præferen-
dos quibuslibet alii inter quos ij, qui ma-
iori penuria premuntur præferendi sunt. Quod autem
spectat ad pauperes alterius provinciæ, aut loci, ex-
istimat, præferendam iis esse refectio in Ecclesiæ,
vel illius ornatum necessarium. Id autem probatur ex
eo, quod in iure quando quis ob simoniam, vel con-
fidentiam damnatur ad fructuum restitutionem; decen-
natur, eam esse pauperibus loci faciendam, aut Eccle-
siæ, in cuius contumeliam commissæ est talis simonia,
vel confidencia: ideoque Ecclesiæ refectio, & ornatus
necessarius, post pauperum sublidium, per quod etiam
intelligimus dotationem virginum, portulimum que
in euidens periculum propter egescatem, nonnun-
quam coniunctur, estimari debet. Quid autem ere-
ctionem Monasteriorum, instructionem Collegiorū,
vel alta eiudem generis, nullus præscribitur ordo sed
arbitrio cuiusque relinquitur; ita vt quod voluerit pre-
ferre, legitimè possit. Et hæc omnia docet Duvalius
in 2. 2. *Dini Thome, tr. ad. de Charact. q. 3. de ele-
mosyna, s. 598.* Idem afferit Lorca etiam in 2. 2. *diss. 40.*
membr. 2. n. 40. vbi sic ait: est tamen hic ordo feruan-
dus, ut primo occuratur pauperibus loci, aut provin-
cia, à quibus desumuntur Beneficij redditus: & ita præ-
ferat hoc opus reliquis, vt non possint, hoc omis-
so alia eligi, sed prius sufficienter illorum pauperum
necessitatibus subuentur. Cetera autem, siue sint
eleemosyna pauperum alterius provinciæ, siue quæ
cumque alia, libera fututa ve non magis vnum, quam
alterum necessarium sit, sed potest Ecclesiasticus quod
maluerit exequi. Ita ille.

2. Sed nō deferam hinc apponere verba Patris Gar-
cia in summa *Theol. mor. tractat. 1. difficult. 4. dub. 2.*
num. 10. sic afferentis: Por pobres le entiende no folo-
los que necesitan de comida, ó vestido, sino tam-
bién todos los que carecen de las cosas necesarias
conforme su estado; de suerte que vn matquez, y
vn Duque puede llegar a estado que se le podra dar
muy lícitamente de los bienes Ecclesiasticos, para que
pase segun la calidad de su persona, y à fortiori se
comprendé debaxo de pobres, y causa pia, los Reli-
gioles, sus Conventos Capellanas, Hospitales, dotar
pupulas pobres, &c. Missas, suffragios por las Almas;
y finalmente todo lo que se endereça à misericordia
ó piedad intuitu Deity aunque las rentas Ecclesiasti-
cas, cæteris pauperibus es bié se emplen en los pobres
donde está la Iglesia, ó donde se facan las rentas; pero
no quita qto, que tal vez no se puedan aplicar à po-
bles

bres, yá obras pias que esten fuera destos lugáres.
Vnde Pater Molina de Iust. tom. 1. disp. 145. vers. finem §. Illud vero, dicitur necessarium non esse, vt ea pia opera hant in loco beneficij euan Nauarro quem affter, quod tamen aliud non postulat communem bonum Diocesis, Regni, aut totius Ecclesiae; verbi gratia, si fiat Collegium in vniuersitate distante ab Ministris Ecclesiae educandis, vel aliquid simile svel non occurrit peculiari aliquia ratio, debere potius eiusmodi pia opera fieri in utilitatem populi, qui ad eos redditus concurrit: quam alterius. Vnde inferit, licet congruum sit, quod Episcopus in loco Cathedralis Ecclesiae vberiores elemosynas, & alia pia opera efficiat: expedire tamen, vt in aliis etiam sue Diocesis Oppidis pro locorum indigentia, & qualitate id fiat; si quidem ab illis etiam redditus accipit, Pater Azorius, to. 2. lib. 7. c. 11. q. 2. cum Nauar. dicit iure communis non esse obligacionem distribuendi, vel expendendi in eo loco, cum sacri Canones sanxerint, decimas esse soluendas ad usum Clericorum Ecclesiastum, pauperum, & Peregrinorum etiam, atque Aduenatum. Verum in facti contingenti, Episcopi non defraudare legere Eminentissimum Card. Lugo de Iust. 10. 1. disp. 4. seqq. 3. n. 38. Ex his ego olim respondi non posuisse Cardinalem ex fructibus sui Episcopatus fabricare Ecclesiam Romae, si pauperes sua Diocesis grauitate egebant. Item consulti, posuisse Episcopos, si non aderat praedictum pauperum Diocesis, præbere Catholico Regi nostro, tam extremis necessitatibus presso, in adiutorium bellorum contra Haereticos, aliquam summam denariorum ex fructibus Episcoporum.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 46. §. Et ideo, & in 106. tr. 7. Ref. 48. §. 1. & ibi in tr. 8. Ref. 112. §. vlt. & lege eria Ref. 110. & §. eius not. & prætermittas videre cas per rotas, quāvis plenē non dicant sup hoc, sed vlt. scias quid cū dicto filio spuriō. & aliis spuriis fieri possit, quia passim hic casus occurrere potest.

3. Notandum, posse Ecclesiasticos ex fructibus Beneficij, spuriis filios aleare: vt docet Castrus Palauus, tom. 1. tr. 6. disp. 2. punt. 5. n. 9. quia posito delicto; illis sustentatio iure naturae debetur: imo illis debetur sustentatio iuxta qualitatem Beneficiarij; ita vt maior debatur dos filiæ spuriæ Sacerdotis nobilis, quam pauperis, infimæque conditionis; intra limites tamen filiæ spuriæ, quæ longe inferioris conditionis est, ac filia legitima. Sic Molina disp. 246. in fine. Qui antecedenti versiculo hanc doctrinam limitat, vt intelligatur eau, quo Beneficiatus non habeat alia bona, quibus posset hæc alimenta filiis spuriis præbere; quia si alia habet, ad illa filius habet ius; ac proinde pauper dici non potest. Eateor, hoc semper esse confundendum. At non audeo affirmare, ex obligatione faciendum esse; quia filius spurius ad omnia bona parentis æquale ius habet; non solum habet ius respectu personæ parentis, vt sibi detur sustentatio. Item ipse parentis obligatus est aleare filios spurios; ergo ex fructibus Beneficij eos aleare potest, etiam si alia bona habeat: quia omnia onera, quæ Beneficiario sunt annexa, ex fructibus Beneficij adimplere potest, alias non posset donationes remuneratorias facere ex fructibus Beneficij, si alia bona patrimonialia haberet. Et docet Valentia 2. 2. disput. 10. quæst. 3. punt. 7. vers. neque i. 5. lumen Ecclesiastici.

RESOL. XXII.

De obligatione Episcoporum, & Beneficiariorum ad elemosinas elargiendas. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 214.

Sup. hoc in Ref. seq.

§. 1. **D**urus erit hic sermo, sed verus; sic agitur dicit Jacobus Granado in 2. 2. D. Thomas contr. 3. tract. 11. disp. 3. num. 21. Ego quidem, vt in hac re dicam quod sentio, non damnare eum, qui quartam partem, si Episcopus sit, & qui quintam, aut sextam, si Episcopus non sit, elargiretur pauperibus, dummodo residuum post suam congruam sustentationem.

nem piis aliis operibus impenderet, & non occurrerent speciales, & virginiores pauperum necessitates. Probatur quia Ecclesiasticus non tenet omnes redditus, qui illi superfluit post sustentationem, cogare pauperibus, quia bona coram partem possunt insumere in alia opera pietatis; ergo quantitas sub gratia prædictam oblatione pauperibus eroganda, non potest censeri iure aliquo determinata; pater consequientia quia non de diuino, aut naturali, vt collat, nec Ecclesiastico, quia modo Ecclesia nihil determinavit & quāvis olim determinauerit quartā partē, iam cellauit illud præceptū, cū celauerit fundamentū illius nempe quod quarta pars redditū est ab aliis sciēt, & vere extaret; solum ergo standū est in hoc negotio prudētū arbitrio; sed prudētū arbitriatur quartā partē, in dī & minorem quantitatem illi sufficiēt; ergo non est maior obligatio imponenda. Loquuntur sum autem de quarta, & quinta parte, non quia omnibus tanta sit obligatio, quia multi Ecclesiastici erunt, quorum redditus non sufficiunt, vt detrahatur quinta, in dī nec octava pars distribuenda pauperibus; sed quia ista quantitas in dictis casibus sufficiat vt vñtilique censeatur obligacione sue satisfacere, licet pinguis sit beneficium: confirmatur, quia abundantes, & frequentes elemosinas censemur elargiti, qui de quinque milie aureis elargit mille, sed ex nullo capite coliguntur, teneri Ecclesiasticum, nisi ad abundantes, & frequentes elemosinas; ergo satisfacit sua obligacione, quartam, si Episcopus sit, & quintam, si non Episcopus elargiendo. Minor probatur, quia caput illud tantum potest esse duplex; nimurum, quod sit pater pauperum, quod non possit superfluos sumptus facere. Neutrū autem horum probat quidpiam contra nos, non primum quia pater spiritualis pauperum satisfacit huic muneri copiose illis succurrendo, eorum necessitates inquiringo saltē in generali, & quando peculiares, & graviores necessitates occurunt abundantiorē stipendio erogando; & totum hoc fieri potest optime, licet in ordinatis necessitatibus non plus, quam quod diximus erogat; non enim exigit minus patris spiritualis, vt quicquid ipsi superest, illis donet, aliqui, vt dicebam, non possit in alia pia opera quidquam insumere, quod est incredibile; & contra praxim Ecclesiastice; nec secundum, quia pater elemosynam sum alij sumptus non superflui, sed pī, & spectantes ad diuinum cultum.

2. Ex quo tandem infero si post congruam sustentationem, & elemosynam in quantitate dicta, & opera pietatis, in quibus magna latitudo est, vel Ecclesiasticus notabilem aliam quantitatem ex redditibus beneficij sibi referetur ad usum non pios, fed vanam ostentationem, aut superfluitatem, me non videt, quo iure, aut titulo ex cusest à culpa lethali: nam sancti Canones Ecclesiastica bona propter Parvum Deum appellant, quia in Ministri Dei sustentatione, & piis operibus insumenda sunt; & absurdum est existimare non esse contra intentionem, & iustitiam voluntatem Ecclesiastice, quod hac accipiuntur ab Ecclesiasticis, vt prodige, & varie infumantur. Confirmatur, quia gravissimi Doctores obligant laicos sub mortali; vt superflua omnia sui statutus erogent pauperibus; sed certum est, Ecclesiasticos esse multo fitius obligatos ad elemosinas, & pia opera ergo certi est, teneri sub mortali ad erogandum, vel in aliis pietatis operibus insumendum superflua status sui; ergo peccant lethaliter, si in prophanis usibus consumant Patrimonium Christi. Pater consequientia, quia haec, que post congruam sustentationem superfluit, superfluit sunt, nec ad decentiam statutus vel modo pertinentia. Et sane commune est inter Doctores pronunciatum, totum quod superest beneficiario post suam congreuam sustentationem, expendi debere in pauperes.